

Talia sunt, quæ REMIGIVS profert his verbis p. 125. Quia⁶⁶
 nec præfationem aliquam in initio sui gerit, ubi se ab aliqui-⁶⁶
 bus rogatum vel sibi necessario visum, ut de tali re i. e. præ-⁶⁶
 destinationis verbo, in suis libris corrigendo, sive aliter ex-⁶⁶
 ponendo aliquod novum opus scriberet, & significasse invenia-⁶⁶
 tur. Nec ulla talis necessitas extitisse cognoscitur, ut de illis⁶⁶
 quinque quæstionibus, de quibus tam multa & tam multiplici-⁶⁶
 ter in libris præcedentibus disputaverat, iterum novo opere⁶⁶
 disputare cogeretur. Videtur etiam Inscriptio Græca, Augu-
 stino alias non admodum usitata, scrupulum laudatis Viris in-
 jecisse. ERASMI sane argumentum non postremum est *titulus*
insolens ὑπομνηστικόν, quæ i dicas Subnotationum; neque enim so-
let ille titulos Græcos indere suis libris, multo minus eos, quæ
non indicant argumentum. Accurate respondit GARNFRIVS ad
 argumentum I. habere hos libros præfationem, qua forte Codex
 Remigii caruit; & præterea libros Augustini *de magistro, & de*
immortalitate animæ etiam carere præfationibus: ad arg. II.
 Hypognosten in præf. scribere, *armis adversariorum catholicos*
*solicitudine repugnandi fieri cautiore, & videri posse Augu-
 stinum hoc libro amoliri a se voluisse invidiam nascentis ex suis*
libris male intellectis Prædestinarianæ hæresis; ab hac posteriore
responsione prope abest HINC MARVS excerptus a REMIGIO p. 123.
 ubi dicit: Augustinum cum ad Prosperum & Hilarium nihil de
 prædestinatione reprobatorum, sed de prædestinatione Sanctorum
 tantum scripsisset, multis postulantibus scripsisse librum Hypo-
 mnesticon, ut quasi retractaret, & se excusaret, non eo sensu
 dixisse prædestinatos ad interitum, sed in impietate perseve-
 rantibus esse pœnam prædestinatam. Quid vero in ultimis
 hujus responsionis Hincmariæ verbis sit desiderandum, nunc
 ex §. X. non repetam. Bene etiam REMIGIVS monet p. 126.
 Si Augustinus circa prædestinationem reprobatorum quidpiam
 immutare voluisset, facturum fuisse ad quærimoniam Sancto-